Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



linguas eorum · quoniam uidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate ⁊

Die & nocte circumdabit eam super muros eius · ÷ & iniquitas & labor in medio eius & iniustitia ⁊

Et non defecit de plateis eius · usura & dolus ⁊

Quoniam si inimicus maledixisset mihi · sustinuissem utique ⁊

Et si is qui oderat me super me magnalocutus fuisset · abscondissem me forsitan abeo ⁊

Tu uero homo unanimis · dux meus & notus meus ⁊

Qui simul mecum dulces capiebas cybos · in domo dī ambulauimus cū consensu ⁊

Veniat mors super illos · & descendant

Hic iudaico populo salutariter imprecatur · ut diuisione linguarū non impleret uoluntatem malitiae suę sicut in illa turri factum est · quam metu noui diluuii in altum homines extendere conati sunt ⁊ digne illos diuidi postulabat · quos iniquos esse in sacrilegis congregationibus presciebat ⁊

Intende quod non dixit occulte · sed in plateis tulia fuisse commissa · quae lex supernā damnauit ⁊ Usura est plus accipere quam dare ⁊

Hic monstratur magnę patientiae exemplum · ut inimicis contraria nobis loquentibus non in contentionem erumpere uel uerbis resistere · sed locum insanis loquelis dare ⁊

Qui simul mecum dulces capiebas cybos · idest corpus et sanguinem xp̄i quod ipse accepit abeo indignus ⁊ sępe enim cum ipso dn̄o in templo salomonis · cum consensu p̄dicationis abiit ⁊ isti et superiori uersui iungendum est cur me trudebas ⁊

Dicit enim die et nocte · idest omni tempore circumdare eam hoc est hierusalem ⁊ Super muros eius iniquitas · ut quantum murorum machina in altum potuit crescere · tanto magis iudęorum malitia se extendit ⁊ Labor in medio eius · designans nobilissimos et primates ⁊ hos enim non lex non ratio · sed labor et iniustitia possidebat ⁊

In isto uersiculo et sequentibus iudas perfidus increpatur · quia caueri potuisset si publicus fuisset inimicus ⁊

Unanimis dictus est iudas · quia inter apostolos fuit numeratus ⁊ dux · quia aduicos et castella pręmissus est · ut praedicaret rudes animos ⁊ notus · quia eius proditio nota erat xp̄o ⁊

More enim suo emendationem postulat prophetā uenire inimicis ⁊ mors enim dicitur uitę finis · et qui in meliorem partem conuertit² · finē prioris conuersationis repperisse iudicatur ⁊